

quinto anno misit in terram Anglorum ad regem Eadwardum seniore, patrem Ethelstani, motus magna iracundia, et mandavit ei^a cum suis omnibus maledictionem contra benedictionem, quam beatus Gregorius per sanctum virum Augustinum genti Anglorum antea^b misit, nisi cum episcopis instituisset destitutas parrochias episcoporum secundum antiquam traditionem, quae tradita^c est genti Anglorum a sede sancti Petri. Nam per septem annos plene destituta fuerat^d omni episcopo regio Gewisorum. Quo audito, congregavit rex Eadwardus^e sinodum senatorum gentis Anglorum, in qua presidebat Plegmundus archiepiscopus, regi^f recitans et interpretans districta verba apostolicae^g legationis, quae miserat papa Formosus. Tunc rex et^h Plegmundus archiepiscopus elegerunt sibi suisque salubreⁱ consilium, assumentesque dominicam sententiam: 'Messis quidem^k multa, operarii autem pauci', elegerunt et constituerunt singulos^l episcopos singulis provinciis Gevisorum, et quod dudum duo habuerunt, in quinque dividerunt. Acto illo concilio^m, Plegmundus archiepiscopusⁿ cum honorificis muneribus Romam adiit^o, apostolicum Formosum cum magna humilitate placavit, decreta regis et seniorum regionis enuntiavit, quod apostolico maxime placuit. Rediens ad patriam in urbe Dorobernia^p uno^q die septem episcopos septem ecclesiis ordinavit: Frithestanum ad ecclesiam Wintoniensem, Aethelstanum^r ad Corbinensem^s, Werstanum ad Scireburnensem, Etilelmum^t ad Fontaniensem, Eadulfum^u ad

-
- | | | | |
|------------------------|---|--|----------------------------|
| a) 'eis' C. | b) 'ante' 1. Hand L. | c) 'condita' C. | d) 'fuerant' 1. Hand L. |
| e) 'Edwardus' C. | f) 'recitans regi' C. | g) 'legat. apost.' C. | h) 'et' übergeschrieben C. |
| i) 'cons. sal.' C. | k) 'quidam' C. | l) 'singulis episcopis' C. | m) 'consilio' CL. |
| n) 'archiep.' fehlt C. | o) 'et' fügt C hinzu. | p) 'Dorrob.' L. | q) 'uno die' fehlt C. |
| r) 'Ethelst.' L. | s) Von 2. Hand verbessert in 'Coruinensem' C. | t) '& Illelmum' verbessert in '& Aldhelmum' C. | u) 'Aedulfum' C. |

a. a. O. S. 156 f. (vgl. S. 98 ff.); Eadmer ed. Rule p. 271 f.; auch Florentius Wigorniensi ed. Thorpe I, 236 und A. S. Napier und W. H. Stevenson, The Crawford collection of early charters (Anecdota Oxo-niensi, Mediaeval and modern series VII), 1895, p. 103 ff. Die Abweichungen von CL gegenüber der sonstigen Ueberlieferung sind, abgesehen von einer grösseren Auslassung, ohne sachliche Bedeutung; wenn ich dennoch den ganzen Wortlaut gebe, so deshalb, weil der Auszug bei Wilhelm von Malmesbury, Gesta regum II, 129 (ed. Stubbs I, 140 f.; vgl. II, p. LIV ff.) auf dieselbe Fassung zurückgeht wie CL. Die gemeinsame Vorlage scheint einer Hs. aus Winchester (London Add. 15350, bei Birch A) trotz mancher Besonderheiten ähnlich gewesen zu sein.